

man. 6.22. qui addit, nequidem Episcopum peccare mortaliter ordinando non confirmatum, aut si ipse non confirmatus ordinet. V. Regim. l. 28. c. 3.
 Resp. II. Circa ceremonias Confirmationis, scienda sunt sequentia.
 I. Est servandus ritus in Pontificali prescripti, peccat qui graviter Episcopos, si confirmet sine pluviali, mitra, vel pedo, uti & si Ordines sacros conferat, cum solis induit Missae, Dian. p. 7. r. 10. R. 31. non tamen semper erit mortalis aliquis omisso, v. g. alape, aut cerei. Potest autem conferri loco quovis decenti, etiam extra Ecclesiam; & a prandio non jejuniis, omni anni tempore.
 II. Sub gravi culpa, ut docet Nav. man. c. 22. ex communi requiritur Patrinus: sique unus tantum (licet Tot. duos admittat) qui si confirmatus non sit, peccet graviter secundum communem (Eloob. tamen ex Com. docet, non esse mortale) quod probabile esse docet Quintan. l. 2. c. 7. imo nullum, si fiat in necessitate, & non contrahit cognitionem, ut docet Sanch. Saar. contra Silv. Sa. & alios. Debetque esse diversus a Patrinio Baptismi, saltem extra necessitate (licet cum Bon. & Hurt. id neget Quint. f. 7. c. 12. & 16. R. 21.) & non peccare mortaliter, dicit Dian. p. 3. c. 6. R. 21. & non Monachus (nisi factus Episcopus.) Admittit tamen, & illos & Moniales posse sine culpa, docet idem Quint. f. 18. nisi eorum Religione sit prohibendum, eo autem nomine non excludi Mendicantes notant Con. & alii quinque cum Dian. p. 9. r. 6. R. 32. Neg. refert, seclusa consuetudine, num vir sit, aut femina. Neque etiam contrahit obligationem instruendi confirmatos, sed tantum cognitionem spirituales cum eo, & eius parentibus, dummodo eum tangat.
 III. Exens confirmati obliganda est fascia linea, cruce notata, gestanda uno, tribus vel septem diebus, pro consuetudine, illota inferius fronte. Potest etiam, si ratio sublit, ita tamen auferri, & frons alba, ipsa antem comburi, vel honeste aservari debet, nec ad profanus usus adhiberi, propter contractum christiatis; neque solvens illam, contrahit cognitionem. V. Prap. in 3. p. 2. a. 12.
 IV. Parochus tenet in librum referre nomina confirmatorum, & Patrinorum seu Parochiarum (eunque curam ad Episcopos etiam pertinere) tum propter sciendam cognitionem spirituales, tum propter Ordines suscipiendos, docet Quint. f. 11. ex Barbosa &c. ac denique licere mutare nomen in Confirmatione, ibid. f. 10.

ADDENDA.

395 **Q**uest. 72. Quid praeter notandam sit circa necessitatem, & ceremonias Confirmationis? R. 169.
 §. 1. Fuisse olim praecipuum Ecclesiasticum, ut susciperetur Confirmatio, colligit Dic. hic n. 107. ex variis Conciliis, ex dictis SS. PP. recte autem docet dub. 10. cum communi, per desuetudinem nunc defuisse illud praecipuum, (1) motum tamen magnum non negligendi Confirmationem est, quod multum per illam roboretur fides; & augeatur gratia; sententia enim communis habet cum S. Th. Dian. p. 4. r. 4. R. 50. Averl. q. 72. f. 4. §. Tertio, ut Con. 83. per Confirmationem, secundum te, conferri majorem gratiam, quam per ipsum Baptismum, quamvis Baptismus per Confirmationem habeat privilegium remittendi poenam peccati debitam.
 * (1) Aliter sentit Lambertinus, nunc Benedictus XIV. Instit. VI. seu T. 1. Editorum Bononiensium. Editio 6. n. 10. negatque cum pluribus recentioribus, quos citat Concina T. 8. Th. Obv. p. 227. hoc praecipuum defuisse; & vere ut dicam. Confirmationis tamen declamatorius praetermissis, non autem ipse hanc desuetudinem defendere, nulla enim illius vestigia in Ecclesiastica historia, nulla in Conciliaribus decretis reperio, atque adeo oppositis consuetudinibus, vigentibus praecipuum argumenta mihi occurrunt.
 396 §. 2. Ubi facile non habetur Patrinus, potest omitti, secundum Gob. l. 2. n. 780. Alii tamen melius iudant, ut unus tunc sit plurium Patrinus, Gob. n. 786. posse enim unum etiam eadem die esse Patrinum plurium, recte docet Barbosa.
 397 §. 3. Patrinum Confirmationis designant Parentes, vel in eorum defectu Episcopus, Gob. n. 788. Potestque Clericus in Confirmatione esse Patrinus; item Monachus respectu alterius Monachi, Barbol. Catrop. Jordan. Quintanad. Gob. n. 783. Imo Dicalt. n. 145. credit Religiosus Mendicantes etiam respectu externorum posse hic facilius esse Patrinus, eo quod non sit obligatio instruendi, ut docent etiam Suar. & alii: sed Synodus Colon. sub Max. Henr. de Confirmat. c. 3. §. 2. pag. 64. prohibet illos esse Patrinus, afferens esse obligationem instruendi; in quo consentit Averl. f. 5. §. Denique, si confirmandus non sit instructus, & desit alius, a quo instruat.
 398 §. 4. Confirmans potest per alium nomine suo assistentem, esse Patrinus illius, quem confirmat, ut a pari dictum est de Baptismo n. 353. & si aliqua causa sublit, potest idem esse in Confirmatione Patrinus, qui fuit in Baptismo, alias debet esse diversus, ut habet Syn. Colon. §. 1. ut sicurata, & instructio confirmati pertinet ad plures.
 399 §. 5. Hic Patrinus debet secundum usum Ecclesiae, & ritum Pontificalis Romani esse eisdem sexus, cuius est confirmandus, Averl. f. 10. & ita etiam statuit Syn. Colon. §. 3. addens, ut etiam non sit minor aetate, quia indecorum est, si minor majorem monendo, vel corripiendo Patris vicem obeat: Mandatque eadem Synodus §. 5. ut Patrinus, & Confirmandus non accedant induti armis, quod merito ubique est observandum.
 400 §. 6. Quamvis multi probabiliter dicant non contrahi cognitionem, si assistit non confirmatus, tamen oppositum etiam valde probabile est, si enim confirmans non confirmatus contrahat, cur non assistens? Nec obstat, quod Canon. dicat illum, qui confirmatus non est, non posse alium inspicere, nam To non posse ferre deponat tantum prohibitionem, quod enim illicitum est,

dicatur moraliter fieri non posse, uti cum aliis multis Averl. f. 5. §. Non, qui tamen male addit, infidelem, si assistit, potest suscepto Baptismo habitum cognitionem, hoc enim manet rejectum ex dictis a n. 368.
 §. 7. Ceremonia illa, ut confirmati non exeant templo, priusquam acceperint communem benedictionem ab Episcopo, non observatur, quando est tantus concursus, ut alii alios succedere debeant, Laym. l. 5. r. 3. c. 7. Caltr. l. 20. p. 10. n. 12. Gob. supra.
 §. 8. Ceremonias, quae antecedunt, comitantur, & sequuntur Confirmationem, accurate referunt, & explicat Bellarm. de Confirm. c. 13. Caltr. p. 10. Scoville in Garchisimo, de Confirm. a. q. 25. qui videt ipsas.
 Denique etiam hic merito debet Parochi populum monere, 402
 1. Quod Confirmatio iterari non possit (si tamen iteretur, quamvis peccet mortaliter, tamen non incurrit irregularitatem, quia jus hoc statuit tantum in Baptismo) 2. Quod contrahatur cognatio spiritualis: unde si Parochus, habere non possit, & in librum referre nomina confirmatorum parentum, & Patrinorum, silem dum inveniuntur Matrimonia, tenetur inquirere, & attendere, an contrahentes fortasse non impediantur cognatione spirituali hic vel in Baptismo contracta.

TRACTATUS III.

De Eucharistia.

CAPUT PRIMUM.

De essentia Eucharistiae.

DUBIUM I.

Quid sit Eucharistia?

399 **R**esp. Est Sacramentum Corporis, & Sanguinis Christi, sub speciebus panis, & vini, ad spirituales animae refecionem divinitus institutum. Ita comm. Schol. Unde resolves legq. §. 1. Tam species consecrate, quam Corpus, & Sanguis Christi, intrinsece & essentialiter constituunt hoc Sacramentum, ideoque saltem est, quod docuit Valdensis, Corpus, & Sanguinem Christi esse totum Sacramentum. Ratio est, tum quia tum quia, quatenus continetur, non est sensibile. Item saltem est, quod docet Masilius & Sotus, solas species constituit hoc Sacramentum: tum quia Eucharistia est cibum celestem, tum quia adorari debet latra, ut docet Trid.
 II. Usus, sive sumptio Eucharistiae, non est proprie ipsum Sacramentum, neque aliud Sacramentum ab eo distinctum, ut vult Gabriel; nec pars illius, sive essentialis, vel integrallis, ut Aureolus, fed tantum applicatio, sive conditio, ut Sacramentum operetur.
 III. Esti qualibet species, imo quavis pars speciei, sit integrum, & essentialiter perfectum Sacramentum; ideoque Sacramentum Eucharistiae, sub speciebus panis, & vini physice, & materialiter specie differat: moraliter tamen, & in ratione Sacramenti, est unum specie infima Sacramentum; tum quia est unum signum rei sacrae; tum quia ordinatur ad unum specie infima finem, V. S. Th. q. 73. a. 2.
 IV. Esti physice loquendo, tot sint numero Sacramenta, quot numero species, vel etiam partes specierum, moraliter tamen unum numero Sacramentum est, quod per modum unius proponitur, & sumitur, quia ad unum finem, scilicet unam refecionem spiritualem, refertur.
 V. Hostiae in diversis altariis, recte concipiuntur, ut distincta Sacramenta; contra vero, si Sacerdos unum hostiam in plures partes dividat, vel plures hostias simul sumat (eadem est ratio plurium specierum diversae rationis) non ideo dicitur accipisse plura numero Sacramenta.

ADDENDA.

401 **Q**uest. 73. Quid notandum sit circa nomina Eucharistiae? Resp. Eucharistia dicitur a Graeco *εὐχαριστία*, gratia, & sacrificia gratia optima, vel gratiarum actio. Varia illius nomina recenset Suar. hic Comm. ad q. 73. a. 4. omnium autem copiosissime congregit Theophilus Kayn. l. 6. tr. 1. cui titulus, *Candelabrum sanctum septiforme*, ubi tota sectione quinta a pag. 191. per alphabeti ordinem instituit longum onomasticum ejusmodi nomen, & titulum. Praecipua nomina sunt. 1. *Synaxis*, sive *Communio*, quia per ipsam communicamus cum Christo, participantes ejus Divinitatem, & humanitatem. 2. *Panis*, quia animam nutrit. 3. *Convivium*, quia animam faciat. 4. *Cena Domini*, quia Christus vespere instituit. 5. *Venerabile*, quia est Sacramentum inter reliqua dignissimum. 6. *Sacrosanctum*, *hostia*, *victima*, quia offertur Deo. 7. *Memoriae passionis*, quia sit in commemorationem Christi passio. 8. *Patricium*, quia per eam preparatur ad vitam ex hac in aeternam vitam.
 Q. 74. *Quoniam in Ecclesia exorta sunt haereses circa Sacramentum Eucharistiae?* R. esse prope innumeratas, fed praecipue sunt sequ. 1. Aliqui negant Eucharistiam esse Sacramentum, volentes vel nullum, vel solum Baptismum esse Sacramentum, ut habet Dicalt. d. 1. n. 5. Est *Utriusque* etiam reipso tollebat hoc Sacramentum, dicendo Christum esse ubique, ut recte Bellarm. l. 3. c. 17. contra quos fuisse apud Valent. fess. 3. in *Controv. Ubiquitaria*. Damnantur autem illi omnes a variis Conciliis a pud Arr. d. 28. n. 2. novissime a Trid. fess. 7. de Sacram. in genere, Canon. 1. & fess. 13. per omnia capita, & Canones. Neque Sacramentum esse negantur Lutherus, vel Calvinus, imo nec Mahomet, teste Lugo d. 1. n. 1. qui hoc solum culpatur, quod Christiani, cum credant Christum esse Deum, nihilominus eum devotent; sed damnantur in supradictis Conciliis, qui definiunt Christum recte, & utitur sumi a fidelibus.
 2. *Sacramentarii* dixerunt in hoc consistere totam rationem Sacra-

Sacramenti, quod Christus instituit panem, & vinum tanquam symbola Corporis, & Sanguinis sui, de cetero Christum nullibi esse praesentem nisi in collo: fed damnantur, uti alii n. 9. referunt, & contra illos fuisse disputat Valent. f. 4.
 3. *Catharistae* Manetis discipuli docuerunt Eucharistiam non posse ex pane confici; fed damnantur a Concilio Florent. p. 1167. in Decreto unionis sub Eugenio IV. quod incipit *Lentur*.
 4. *Graci & Armeni* dixerunt Eucharistiam non esse conficiendam in Azymo, fed in fermentato: Lutherani & Calvinistae dixerunt fermentatum esse convenientiorem: fed damnantur a Florent. ibidem.
 407 5. *Aquarii* docuerunt pro consecratione Calicis non esse appendendum vinum, fed solum aquam: fed damnantur a Conc. Lateran. & Trid. fess. 13. c. 4. & Can. 2.
 6. *Graci, & Armeni* putarunt pro consecratione Calicis non esse appendendam aquam, fed damnantur a Conc. Carthaginensi III. & Florent. in Decreto unionis Armenorum.
 7. *Waldenses* dixerunt modum consecrandi Ecclesiae Romanae non esse verum modum: fed damnantur a Florent. supra.
 8. Circa haec quatuor verba consecrationis, *Hoc est corpus meum*, refert Bellarm. l. 1. c. 8. suo tempore jam enatus fuisse ducentas erroneas expositiones, quas tamen reducit ad novem vel in verbo, est; tres in nomine, *Corpus*, ut in pronome *meum*; quae omnes damnatae sunt a variis Conc. ac esse Scripturae contrarias prout Bellarm. c. 13.
 409 9. Armeni, Berengarius, Wicleff, Calvinus & alii apud Bellarm. c. 1. dixerunt Christum non esse vere, & realiter praesentem in Eucharistia, fed post alia Concil. quae refert Averl. q. 3. f. 1. §. *Constat*, damnantur a Trid. fess. 13. Can. 1. & 8.
 10. Lutherus, Bucerus, & alii apud Bellarm. l. 4. c. 1. dixerunt Christum non esse realiter praesentem, nisi in solo usu, sive sumptione; fed damnantur a Trident. ibid. Can. 4. 6. & 7.
 11. *Wicleff*, Lutherus, & alii apud Averl. f. 4. dixerunt non fieri transubstantiationem, sed post consecrationem manere panem, & vinum cum Corpore, & Sanguine Christi: fed damnantur in Conc. Constantiensi, & Trident. Can. 2. itemque in aliis apud Averl. §. *Sermon*.
 12. Lutherus, & alii dixerunt, quamvis Christus sit praesens in Eucharistia, tamen ibi non esse: fed damnantur a Trid. Can. 6. potestque videri Averl. q. 9. f. 3.
 410 13. Melasiani, & Armeni docuerunt Eucharistiam nec professe, nec obesse: fed damnantur a Trid. c. 2. & Can. 5.
 14. Graci putarunt Eucharistiam habere majorem vim de Joannis Sancto, quam alii diebus, fed repugnat Florent. in decr. de unionis Graecor.
 411 15. Lutherus & alii apud Bellarm. l. 4. c. 17. tenebant Eucharistiam a peccatore sumi posse sine Confessione, tota fide praevia: fed damnantur a Trid. c. 7. & Can. 11. Imo ab ipomet Apollonio. 1. ad Corinth. 11. v. 2. *Probat autem scriptum homo &c.* V. Bellarm. c. 18 & 19.
 16. Quidam apud Magist. l. 4. sent. dist. 19. dixerunt a peccatore non recipi Corpus Christi: fed damnantur a Trid. supra.
 17. Graci, Petrus Dreselinus, Lutherus, & alii dixerunt Eucharistiam ab omnibus esse sumendam in utraque specie: fed damnantur a Conc. Constant. fess. 13. Basilien. fess. 31. Trid. fess. 21. c. 1. & 2. V. Averl. q. 8. f. 4.
 412 18. Omnes haec horum temporum haeretici apud Bellarm. de Missae l. c. 5. negant, Eucharistiam habere rationem veram Sacramenti; & specialiter non habere rationem sacrificii propitiatorii, docuerunt alii haeretici, quos refert ibidem Bellarm. l. 2. c. 1. fed damnantur in multis Conc. apud Averl. q. 11. f. 1. & Pasqualis, de Sacrif. q. 22. n. 2. novissime in Trid. fess. 22. c. 1. & Can. 1. 3. & 4.
 19. Specialiter Missas privatas, aut in quibus solus Sacerdos communicat, aut si legatur lingua non vulgari, illicitas esse, docuerunt vari haeretici: fed damnantur a Trid. fess. 22. Can. 8. & 9. itemque ab aliis Conc. apud Bellarm. supra c. 9.
 20. Ceremonias Missae esse inutiles, & vanas dicunt plerique Calvinistae: fed damnantur a Trid. supra a Can. 7. omneque eas ceremonias, & Oraciones Missae esse pias, antiquissimas, & verissimas, demonstrat Bellarm. supra c. 14. & fess. 9.
 413 21. Lutherus dicit omnes fideles posse consecrare Eucharistiam, & omnes hoc modo esse Sacerdotes, quamvis fieri non debeat, nisi a deputatis ad hoc, ut refert Bellarm. l. 4. c. 16. fed damnantur a Conc. Niceno, Arelatensi, Lateran. Flor. apud Averl. q. 10. f. 1. & Bernal. d. 45. n. 4. novissime a Trid. fess. 23. c. 4.
 414 22. *Quid praeter notandam sit circa sumptionem?* Resp. fess. 4. Dic. d. 1. n. 26. docet, sumptionem pertinere ad completam essentiam hujus Sacramenti: fed loquendum est cum communi, quod Sacramentum totum sit ante summptionem, & sumptio sit tantum applicatio, sive conditio ad hoc, ut Sacramentum causet suum effectum, nam ita docent S. Th. q. 78. a. 1. ad 2. Scot. in 4. d. 8. q. 1. aliique communissime: & fundamentum est, quia Conc. Florent. in Decreto Eugenio IV. ad Aranenosis dicit, quod Sacerdos verbis consecrationis conicit Eucharistiam, & Trid. fess. 13. de Euch. Can. 4. & 6. definit Christum esse in Eucharistia ante usum: ergo etiam ante usum est Eucharistia: Addit Can. 7. Eucharistiam aservari in Sacerario: ergo Eucharistia est sine usu. Ibid. c. 2. docet Christum voluisse hoc Sacramentum sumi tanquam spirituales animarum cibum: ergo distinguit hoc Sacramentum, tanquam spirituales cibum a sumptione, & sicuti cibum est ante sumptionem, ita etiam erit hoc Sacramentum.
 Obijci. Quamvis Extrema Unctio habeat fe per modum medicinalis, tamen unctio, quae est applicatio olei, est pars illius Sacramenti: ergo similiter quamvis Eucharistia habeat fe per modum cibum, tamen sumptio, quae est applicatio, erit pars illius. R. n. conf. disparitas petenda est ex institutione Christi, qui voluit Sacramentum Unctionis esse medicamentum transeuntium, ideoque assumptum Unctionem tanquam instrumentum causandae gratiae, & contra

voluit Eucharistiam esse cibum permanentem; hinc non fuit quod sumptionem illius alium tanquam instrumentum causandae gratiae, hoc autem ita voluit Christum colligimus tanquam ex auctoritate, & communi sensu Theologorum, qui passim dicunt, Unctionem esse materiam proximam, & partem illius Sacramenti, ponitque nomine Christi; tum etiam ex ratione, quia sola unctio non posita non esset illud Sacramentum, quia forma esset falsa. E contra Theologi sumptionem non vocant materiam, vel partem Eucharistiae, neque illa ponitur nomine Christi, & illa non posita manet forma vera, ac posita est Sacramentum Eucharistiae: Ergo nulla est paritas. Congruentiam aliam insinuat S. Th. q. 73. a. 1. ad 3. quia cum Christus ipse sit in Eucharistia, voluit hanc prerogativam sibi tribuere, ut per fe causaret gratiam, sumptio autem esset tantum conditio: fed in reliquis Sacramentis; quae non continent tam nobilem materiam, voluit, ut etiam illorum usus esset instrumentum causandae gratiae.
 §. 2. Ad sumptionem, quae posita causatur gratia, non sufficit Eucharistiam accipere in os, sed putavit Suarez, & Javer Busem. n. 200. referendus: fed necessarium est, ut aliqua pars specierum physice tangatur, & ita recipiatur in stomachum, inquit instrumentum primario nutritionis, ut facile inde revocari non possit, uti recte Lugo, d. 12. n. 40. Elcob. l. 20. n. 473. Compt. d. 80. f. 1. n. 11. Gonet. d. 8. n. 32. Averl. q. 7. f. 4. tum enim prius center hoc Sacramentum habere rationem symbolici cibi, & potus spiritualis; consequenter si quis tantum teneret hostiam in ore, uti dissolveretur, aut si moretur, antequam hostia descendisset ad ipsum stomachum, reipso non communicasset, nec acciperet gratiam Sacramenti.
 §. 3. Si Eucharistia per miraculum sine sumptione poneretur 416 in stomacho, Suar. d. 63. f. 7. Compt. Rayn. Gom. n. 24. & alii putant, non causandam ex opere operato gratiam, quia deest manducatio, Christus autem instituit hoc Sacramentum pro manducationibus. E contra Lugo d. 1. n. 115. Rhod. d. 1. q. 2. f. 1. §. 2. ad 3. & alii dicunt causandam gratiam, dummodo talis homo consentiat in illam positionem Sacramenti existentis intra se, nam debet esse illi voluntaria: refertque Lugo ex Salmerone exemplum de aliquo, qui cum pre debilitate non posset manducare Eucharistiam, quam audientibus desiderabat, pectore miraculose aperto eam excepit, atque cum effectu gavit, & ratio congruenter est, quia cibum naturalis ita miraculose potius in stomacho nutrit: ergo etiam dici potest, quod spiritualis sic positus nutrit, & hoc forte insinuat S. Cyrillus in *sermone de coena Dom.* his verbis: *Cibus hic verus, & sincerus perfectio, & Sacramentum tactu nos sanctificat. Nec obstat, quod Joannis 6. v. 54. dicat Christus, Nisi manducaveritis, &c. nam Lugo probabiliter respondet, his verbis tantum innui praecipuum obligans ad ordinariam sumptionem Eucharistiae.*
 DUBIUM II.
 Quae materia Eucharistiae?
 Nota: Sicut in aliis Sacramentis est duplex materia, proxima, & remota, ita etiam hic, fed ordine inverso; nam in aliis materia remota est res permanens, proxima vero eo usus, qui transit: hic vero remota transit, & proxima manet, scilicet species panis, & vini. Queritur ergo tantum de remota, illa scilicet, quae facta consecratione transit in Corpus, & Sanguinem Christi.
 Resp. Materia Eucharistiae est tantum panis, & vinum. Est de fide, & probatur ex institutione Christi, Matth. 26. & Luc. 22. Et quidem utraque materia panis, & vinum, est ita necessaria ad hunc Sacramentum conficiendum, ut per se nunquam licite possit una consecrari absque alia, quod patet tum ex facto Christi, Luc. 22. tum ex Trid. fess. 22. Unde resolves.
 I. Consecratio utriusque speciei est juris divini, quia ratio sacrificii, sine quo non sit, exigit utramque.
 II. Non licet alteram tantum speciem consecrare in necessitate etiam gravi, v. g. ut moribundo detur Viaticum, Suar. &c. comment.
 III. Nec Pontifex in eo potest dispensare ullo casu. Ita commun. Suar. 3. p. d. 55. f. 4. &c. contra quosdam.
 Dixi l. *per se*, quia per accidens, & praeter intentionem, ali- quando unum posse solum consecrari absque peccato, docet Tann. d. 5. q. 2. dub. 5. n. 27. dicitque esse communem, v. g. in his casibus; 1. si quis aquam, vel alium liquorem pro vino consecrasset, neque defecatum intelligeret, nisi dum posset, aut postquam advenisset, non posset haberi aliud vinum; vel quamvis haberet, non posset tamen illo uti sine gravi scandalo, vel vite periculo. 2. Si post consecratam hostiam fabricum mortis periculum ab hostibus, vel incendio immineret, seculo tamen scandalo, & contemptu fidei, Regim. l. 29. c. 4. §. 3. Si Sacerdos hostia consecrata moriatur, vel animo deficiens, loquelam perdat, vel in amentiam incidat, nec sit alius, qui possit sacrificium perficere. Suar. Vasq. &c. Si autem alius supplere, & Sacerdos infirmus Communione non suscipere poterit, debet hostia dividere, eique pars dari, Tarn. de *exped. Sacrif.* l. 2. c. 8.
 Dixi II. *licite*, quia valide alteram tantum consecrari, est certum: ut patet tum ex facto Christi, qui panem ante se consecravit; tum ex praxi Ecclesiae, quae Corpus ante Sa- guinem proponit adorandum.
 ADDENDA.
 415 **Q**uest. 76. An convenienter fuerit, materiam Eucharistiae esse panem, & vinum? R. Affirmative cum S. Th. q. 74. a. 1. & Cath. Rom. de Euch. c. 3. n. 2. Congruentia sunt. 1. Sicut aqua est assumpta ad Baptismum, quia illa aperitissime significat ablationem animae, quam Christus per Baptismum intendebat, ita cum Christus per Eucharistiam intendere spirituales refecionem, corroboracionem, & exhilaracionem animae, appetitissime illam instituit in pane, & vino, quibus homines communius reficiuntur, corroborantur, & exhilarantur. 2. Cum Christus in Eucharistia deberet esse permanens vita spiritualis animae,